

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Opera nostra cuncta quomodo perficienda atque ad quemnam scopum
destina[n]da sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

IN superioribus verbis nobis significatum est, Dominum Iesum Christum sellis atq; aceti potatum amaritudine: quæ cum gustasset, dixisse hic fertur: *Consummatum est*, significans nimurum omnem illam passionum amaritudinem, quam pro nobis gustauerat patiendo, nunc finem accipere: expletum esse quicquid Pater illi iniunxerat, consummataq; omnia, & nihil ultra restare, quam ut patri tradat moriens spiritum. O quam laudabile hoc verbum, o quanto preconio dignum, & quam salutiferum nobis. Quæcunque scriperant Prophetæ, quæ figuræ præfigerant, quæ iniunxerat deinde Pater: postremo, quæcunque nostræ erant redempti necessaria, Iesus obedientissimè consummavit. Non est dubium, cum hæc verba Iesus diceret, quin corde fuerit vulneratus, ut pote in summam cogens eas, quas redimendo nos, pro nobis exantlauerat, poenas. Quamuis autem naturale sit cuius homini, dum recolit ea quæ patiendo superauit, propterea quod transferunt, gaudere, non tamen absque gemitu recoluntur quæ tristia sunt, licet finem habent. Veruntamen hic, licet Christus omnia diceret consummata, non intelliguntur tamen ita consummata, ut iam patiendu[m] nihil aliud restet, quia restabat adhuc amarissima mors. Vnde haudquaquam à pennis omnibus liber fuit Christus dum hæc diceret: sed ex ijs quæ fuerat passus, non poterat non imaginari eam, quæ iam instabat, pœnam amarissimam mortis. Non igitur erat absq; dolore, dum diceret: *Consummatum est*. Cogitabat enim tunc de instanti morte multò omnium maximè acerba. Quando igitur Christus ad Patrem dixit, *Consummatum est*, pro eo fuit, atque dixisset: Pater omnipotens, quæ scripta erant de me, perfeci omnia. Quicquid iniunxit mihi, consummatum est: hoc unum restat, mori & ad te redire.

Operæ nostra cunctæ quomodo perficienda, atque ad quemnam scopum destinanda sint.

Discamus longanimitatem tam in agendis bonis, quam patientiis aduersis seruare ac perseverantiam, ne exercitijs laboris vè nostri pereatas ac perfructus. Aliud est quod hic discitur, studia nostra atque opera pariter uerantia seromnia, quomodo propter Dei amorem incipienda agendaq; sunt, ita in eius Longanimitatem tam in agendis bonis, quam patientiis aduersis seruare ac perseverantiam, ne exercitijs laboris vè nostri pereatas ac perfructus. Aliud est quod hic discitur, studia nostra atque opera pariter uerantia seromnia, quomodo propter Dei amorem incipienda agendaq; sunt, ita in eius laudem esse refundenda. Verbi gratia, ut nihil tibi ascribas, nil tibi vendices, stra vt pronil tibi reserves, in nulla re te ipsum quæras, sed intentio, scopus, destinatio p[ro]pter Deum atque finis omnium sit tibi Deus. Tertiò discamus, omnia opera nostra Deo incipienda in vniione operum Christi offerre. Verbi gratia, si comedis, in vniione charitatis atque humilitatis Christi, qua dignatus hac humana refocillatione propter nos in terris vti, accedas ad cibum. Hoc modo facias in singulis necessarijs atque commodis, quibus corpori seruitur. Si vis orare, id facias in vniione ilstræ vt Deo Iius devotionis seruentissimæ, qua Christus orauit Patrem. Si item misericordiæ vis opus cuipiam exhibere, hoc ipsum facito in vniione misericordiæ Christi, qua gentibus miserisq; mirum in modum pronus est misereri, subvenire ac parcere. Qui opera sua hoc modo omnia in Deum dirigeret, atque Christo offerret, valde ea nobilia redderet, & Christo eadem faceret, atq; alias forent, acceptiora. Quartò hic discendum est, ita nobis esse viuendum, vt in Ultima hora vitæ nostræ securi atque cum gaudio conscientiaz dicere possimus:

mus: Consummatum est; hoc est, quicquid me Deus agere patet voluit, finem
haber: omnia consummata, omnia perfeci, omnia toleravi, nihil mihi super-
est aliud, quam ut egrediar ad Dominum Deum meum, a quo coronam vitæ
recipiam. Hoc Paulus audebat dicere: Bonum, inquiens, certamen certavi, cui
sum consummavi, fidem seruavi: reposu eis mihi corona iustitiae, &c.

IESUS CLAMANS VALIDE EXPIRAVIT.
Articulus LII.

Matth. 27.
Marc. 15.
Lucæ 23.
Ioan. 19.

ET iterum clamans vocem magna Iesus, ait: Pater, in manus
tuas commendabo spiritum meum. Et haec dicens, inclinato
capite, tradidit spiritum, & expirauit.

HOMILIA LII.

Dominus Iesus omnia propter quæ venerat, postquam consummavit,
& patre in iunctam sibi perfecit obedientiam, appropinquans ad mor-
tem, & venis propter sanguinis effusionem exhaustus, viribusq; defi-
cientibus, coepit oculos languescentes deprimere, facie pallescere, & modis o-
mnibus (ut cæteri hominum solent) ad mortem fesse disponere. Nam cum in
sua haberet potestate, quando vellet, ponere animam, & quando vellet, resu-
mere eam: nec quisquam ei poterat tollere animam, hoc est, vitam, nisi vltio
eam ipse poneret, quando hora sibi ab æterno ad hoc electa atq; præfixa ade-
rat, caput suum verius matrem inclinavit, quasi vltimum eidem Ave, seu V-
le dicturus. Itaq; in angustijs doloribusq; multis tunc constitutus, hoc signo
innuit, ac si matri eidem corpus suum vulneratum, dilaceratum, ac crudeliter
nimis dissipatum, commendaret: rursusq; se erigens, & Patri se commendans,
valido dixit clamore: Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum. Quibus
verbis dictis, inclinato iterum capite, emisit spiritum. Indignum est ô fili, hic
corde & animo non contremiscere, audientibus nobis quia propter nos Chri-
stus mortuus est, propter nos spiritu inter angustias mortis emisit. Legamus
igitur singuli ad genua procidentes, orationem dominicam: *Pater noster. A
Maria.*

Col. 3

Hebræ. 5.

Charissimi, omnem Dominicæ passionis historiam longa quidem scripsit
ad hanc usq; horam audiuistis: & audiendo, Christo estis compati. Nunc extremum quoque Domini Iesu clamorem audiuimus, quo moriens se Patri commendauit. Post multos enim labores, post fatigaciones con-
tinuas, post durissimas grauissimasq; penas, post opprobria, conuictio-
ria, post innumera vulnera recepta, post sanguinis deniq; sui effusionem, hora
qua sibi placuit, aduocat mortem, & clamore valido emittit spiritum. Bene
quidem in manus Patris tradit spiritum. Ante enim Christi mortem, in ma-
num inferi recipiebantur omnes animæ, nunc vero per ipsius mortem *inflo-
rum anime in manu Dei sunt*. Se etenim non solum, sed omnes nos in sua morte
vivificatos patri commendat. Sumus enim omnes eius membra, iuxta illud
Apostoli: *Omnes unum es in Christo Iesu.* Hic igitur in diebus carnis sua, pre-
res cum clamore valido & lachrymis pro nobis offerens, exauditus est profusa
reuerentia. Obserua quod multa terribiliaq; Christus legitur passus, nihil ta-
men